




BIBLIOTEKA
akl. Nar. im. Ossolińskich

/// 16332









CONCLUSIONES ⁷⁰

THEOLOGICÆ

Menti D. THOMÆ Angelici & Ecclesiæ Doctoris.

CONFORMES.

Publicæ Disputationi.

In Benedictino Vetro Trocensi Monasterio Abbatiale ibidem tenente Regimen.

Illustrissimo Reverendissimo, ac amplissimo Domino Domino

JOANNE CANTIO

JAKIELSKI

ABBATE TROCENSI,

Sub tempus Capituli Generalis

Congregationis Benedictino Polonæ

Ad oppugnandum

EXPOSITÆ.

Sub Præsidentia

A. R. P. FLORIANI AMANDI JANOWSKI. Ordinis Sancti BENEDICTI Sacræ Theologiæ Actualis Professoris, Capituli Tynecensis Secretarij.

ad Objecta Respondente

R. P. Leone Protassowicz O. S. B. Professo Nesvisiensi Theologo Confutato.

Annò Incarnatæ Sapientiæ MDCCLVI, Die Mensis Septembris.

•••••

C R A C O V I Æ.

Typis Michaëlis Dyaßewski Sacræ Reg: Majestatis Typographi.

13.405

CONCILIATION

THEOLOGICAL

AND PASTORAL

CONFERENCES

IN THE
CITY OF
NEW YORK

FOR THE

REFORMATION

OF THE

XVIII - 16332 - IV

EXHIBIT

AMERICAN ANTI-SLAVERY SOCIETY

AMERICAN ANTI-SLAVERY SOCIETY

AMERICAN ANTI-SLAVERY SOCIETY

AMERICAN ANTI-SLAVERY SOCIETY

SUPREMO THEOLOGORUM VERTICI

Quia

Spiritu Divinae Sapientiae Pleno.

Beata adhuc in Terris Visione.

Fruenti.

Amplissimarum Religionum & Ordinum

P R O P A G A T O R I

In summis Pontificibus 133. Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalibus 600. ArchiEpiscopis 16000. Episcopis 46000. Abbatibus penè innumeris plurimorum Martyrum & Confessorum ac Sanctarum Virginum Aureolis.

C L A R I S S I M O
SANCTISSIMO PATRI & PATRIARCHÆ
B E N E D I C T O,

Præsentes Theses Theologicas

In vim Filialis Subjectionis.

D. D. D.

Indignissimus Filiorum

P. F. A. I. O. S. B. S. T. P. P. T.

A2

CON2

CONCLUSIONES THEOLOGICÆ

Menti Divi THOMÆ Angelici & Ecclesiæ Doctoris:

C O N F O R M E S.

EXTRACTATU DE DEO.

I.

Essentia Divina Physicè sumpta consistit in omnibus prædicatis Divinis, tum absolutis tum relativis.

II.

Prædicata contradictoria de Natura Divina & Personis verificabilia conveniunt illis independenter à nostro concipiendi modo.

III.

Adquæ Salvanda neq; distinctio formalis ex natura rei Scotistica, neq; distinctio actualis realis mediata in tercio, bene tamen distinctio virtualis intrinseca ad mentem suorum Authorum explicata est admittenda.

IV.

DEUS futura contingentia absoluta cognoscit in decreto prædeterminativo; futura verò contingentia conditionata cognoscit in decreto libero voluntatis suæ subjectivè absoluto & objectivè conditionato; adeoq; non per scientiam median.

V.

Electio Beatorum ad Gloriam facta fuit independenter à prævisis meritis.

EX

EXTRACTATU DE INCARNATIONE VERBI DIVINI.

VI.

Sicut ad nullum producendum extra se optimum ita nec ad ponendam Incarnationem Verbi Divini DEUS necessitabatur strictè moraliter.

VII.

EX suppositione tamen volitæ condignæ satisfactionis pro peccato generis humani necessitabatur ad ponendam Incarnationem cum nulla pura creatura possit condignè satisfacere pro Offensa tam mortali quàm veniali, tam Theologica quàm Philosophica.

VIII.

Peccatum Theologicum formale, mortale, non est simpliciter infinitum in ratione offensæ Personalis Divinæ.

IX.

Vi præsentis Decreti Christus non venisset si Adam non peccasset.

X.

Tam Persona Filij quàm etiam Natura Divina communis est terminus formalis & immediatus unionis Hypostaticæ.

XI.

Plures Personæ Divinæ possunt assumere unam eandemque naturam humanam & una Persona Divina potest assumere plures naturas creatas completas.

XII.

Humanitas assumpta à Verbo Divino est formaliter & proximè impeccabilis ratione unionis Hypostaticæ idque tam in sensu composito quàm in sensu diviso & divisivo præfatæ unionis.

EXTRACTATU DE GRATIA DIVINA.

XIII.

Primum Auxilium intrinsecum gratiæ actualis non consistit formaliter in operationibus vitalibus intellectûs & voluntatis, sed consistit in qualitate quadam viali habente se per modum motionis.

XIV.

Datur gratia efficax ab intrinseco & ex sua natura talis, quæ infallibiliter infert consensum voluntatis creatæ cum illoq; connectitur.

XV.

Nec per absolutam DEI potentiam gratia Sanctificans & peccatum mortale habituale possunt simul consistere in eodem subiecto.

EXTRACTATU DE BEATITUDINE.

XVI.

Beatitudo objectiva hominis est solus DEUS Ter Optimus Maximus.

XVII.

Essentia Divina sinè attributis & relationibus vel unum attributum sinè altero, aut una relatio sinè altera non esset objectum Sufficiens ad nos beatificandos.

XVIII.

Beatitudo formalis essentialiter consistit in solo actu visionis intuitivæ DEI non verò in actu voluntatis.

EX TRACTATU DE ANGELIS ET ACTIBUS HUMANIS.

XIX.

Nec dantur nec dari possunt plures Angeli solo numero distincti.

XX.

Angeli objecta à se distincta cognoscunt per species suæ essentia superadditas, quæ species rerum omnium naturaliter cognoscibilem fuerunt intellectui Angelico in principio suæ creationis infusæ à DEO.

XXI.

Angeli in primo creationis suæ instanti non potuerunt peccare.

XXII.

Primum ac præcipuum peccatum Angelorum fuit superbia propriè talis.

XXIII.

Datur actus Humanus secundum suam speciem indifferens, repugnat tamen dari actum humanum in individuo indifferens ad bonum & malum.

XXIV.

Actus externus non superaddit Actui interno voluntatis distinctam bonitatem vel malitiam.

EX TRACTATU DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS,

XXV.

Objectum formale quod fidei Divinæ est DEUS sub ratione primæ veritatis in essendo, Objectum vero formale quo seu motivum est Authoritas DEI loquentis.

XXVI.

Sola Revelatio Divina activè Sumptâ ingreditur constituti-
vè objectum formale quo seu motivum fidei Divinæ:

XXVII.

Deside est modernum Summum Pontificem **BENEDICTUM**
XIV. esse legitimum Divi **PETRI** Successorem & Vica-
rium Christi.

XXVIII.

Actus fidei Divinæ in eodem intellectu circa idem obje-
ctum materiale potest compati actum scientiæ naturalis.

XXIX.

Nec in Beatis, nec in damnatis nec in Dæmonibus, nec in
Hæreticis aut Paganis remanet habitus fidei Divinæ.

XXX.

Ille, cui **DEUS** certo & absolutè revelaret futuram æternam da-
mnationem nec posset nec teneretur sperare æternam Beati-
tudinem.


Ut In Omnibus Glorificetur **DEUS**.




SSmus P. Ben: Reg: sua Cap: 57:



9142 69





1826

1826
69

